Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/310841

THESES

JURIDICAE INAUGURALES.

11.

# THESES
# JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

**LUDOVICI GERARDI VISSCHER,**

PHIL. THEOR. MAG., LITT. HUM. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

**Pro Gradu Doctoratus**

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

**IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA**

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

**CORNELIUS PETRUS LENSHOEK,**

**ex pago Wolfaartsdijk.**

A. D. V MENSIS JUNII ANNI MDCCCLVI, HORA II.

TRAJECTI AD RHENUM,

APUD POST UITERWEER & Soc.

MDCCCLVI.

Ex officina typographica GIEBEN & DUMONT.

# THESES.

I.

Coheredes furiosi, cujus curator bonorum possessionem agnoverat, non praeferuntur heredibus testatoris ab intestato.

II.

In § 39 Inst. de rer. div. legendum videtur: »*idemque statuit, si quis in sacro haud in religioso loco f. c. i.*"

III.

L. 2. § 5. D. de donat. et L. 9. § 1. D. de jure dot. conciliari posse non videntur.

IV.

Substitutio quasi pupillaris non unice spectat bona substituentis, sed totam mente capti hereditatem.

V.

Augmentum portionis debitae in Nov. 18 etiam pertinet ad patrem.

VI.

Specialis actio, ut heres indignus declaretur, instituenda non est.

VII.

In art. 991 C. C. verba: »*in denzelfden graad*" non continent gradum quartum.

VIII.

Minus eleganter in definiendo usumfructum in Art. 803, usus omissus est.

IX.

Per art. 1054 C. C. testator totius hereditatis possessionem dare potest executori.

X.

Curator prodogi, invito eo, unice in casu art. 343 C. C. filio ejus status controversiam movere potest.

XI.

Emphyteutae in acquirendis arboribus plus juris competere videtur quam fructuario.

XII.

Superficiarius non tenetur nisi ex art. 1401 C. C. aedes reficere quarum pretium non solverit.

XIII.

Minus probandum quod nauta demissus probare tenetur, se sine justa causa demissum esse, ut damni resarcitionem possit consequi.

XIV.

Socius commenditarius, qui agit contra art. 20 C.

M. decoctor declarari potest, si postea societas foro cedit.

XV.

Verbum *»vrijwillig"* in art. 199 C. M. non continet a judice confirmatam transactionem.

XVI.

Societatis dissolutae declarari nequit foroccssio.

XVII.

Maleficiorum quae culpa contrahuntur, conatum ex generali regula puniendum cogitari non posse contendo

XVIII.

Perpetuitas judicum justitiae firmissimum praesidium est.

XIX.

Tabellio, qui pretium rerum, vi muneris sui venditarum, ex intervallo acceperit, et mandanti non restituerit, puniri nequit ex art. 169 C. P.

XX.

Specimina legum ab inferiori coetu Ordinum Generalium probata, post ejus dissolutionem judicio superioris coetus offerenda videntur.

XXI.

Instrumentum status civilis, in quo quis declarat se patrem esse infantis ex adulterio nati, non continetur art. 338, al. 2, C. P.